



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta  
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ  
Theologiæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

5 Vtrum intentio conueniat brutis animalibus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)



arti. huius esse unum, sed contingit esse plura. Et propterea de intentione conceditur plura simul, quae neget de intentione.

Supra Quaestiois duodecima Aristotelis quartum.

Ica quartum articulo decisionem, remitto; quod scriptum in peris in q. 8. art. 3.

Circa responsione ad tertium, nota responsionem datam, ut ex ea habeas, quod actus voluntatis in finem, intentionis nomine significatus, importat motum in finem, ut terminum aliorum, ita quod motus iste primo attingit terminum, & deinde terminabilia in ipsum: electio vero contra, primo attingit terminabilia, & deinde terminum.

Et sic se habent sicut descensus, & ascensus. Intentio enim descendit a principio ad ea, quae sunt ad ipsum. Electio vero ab his ascendit ad finem, omnium principium.

Et signum affertur in littera, quia quandoque intendimus, non electis adhuc mediis ad intentionem. ut patet in quotidiana experientia.

De quinto articulo nihil scribendum occurrat.

runt calor, & frigus commensurata: uel quia aliqua duo sub uno communi continentur, quod potest esse intentum: puta, acquisitio vini, & uestis, continentur sub lucro, sicut sub quodam communi, unde nihil prohibet, quin ille qui intendit lucrum, simul haec duo intendat.

Ad III. dicendum, quod sicut in primo dictum est, contingit simul plura intelligere, in quantum sunt aliquo modo unum.

dictum est, sed etiam finis medii simul autem intendit aliquis, & finem proximum & ultimum: sicut confectionem medicinae, & sanitatem. Si autem accipiantur duo adiunctim non ordinata, sic etiam simul homo potest plura intendere: quod patet ex hoc, quod homo unum alteri praelegit, quia melius est altero. Inter alias autem conditiones, quibus aliquid est melius altero, una est, quod ad plura ualet: unde potest aliquid praefigi alteri ex hoc, quod ad plura ualet. & sic manifeste homo simul plura intendit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Augustinus intelligit hominem non posse simul Deum, & commodum temporale intendere, sicut ultimos fines: quia ut supra ostensum est, non possunt esse plures fines ultimi unius hominis.

AD II. dicendum, quod unius motus possunt ex una parte esse plures termini, si vnus ad alium ordinatur: sed duo termini adiunctim non ordinati ex una parte, vnus motus esse non possunt. Sed tamen considerandum est, quod id quod non est unum secundum rem, potest accipi, ut vnus secundum rationem. Intentio autem est motus voluntatis in aliquid praordinatum in ratione, sicut dictum est: & ideo ea, quae sunt plura secundum rem, possunt accipi, ut vnus terminus intentionis, prout sunt vnus secundum rationem, uel quia aliqua duo continentur, uel quia aliqua duo continentur, uel quia aliqua duo continentur, uel quia aliqua duo continentur.

AD III. dicendum, quod sicut in primo dictum est, contingit simul plura intelligere, in quantum sunt aliquo modo unum.

ARTICVLVS IIII.

Verum intentio finis sit idem actus cum uoluntate eius, quod est ad finem.

Supra q. 8. art. 3. Et 2. dicitur, quod electio est motus in finem, ut terminum aliorum, ita quod motus iste primo attingit terminum, & deinde terminabilia in ipsum: electio vero contra, primo attingit terminabilia, & deinde terminum.

Et signum affertur in littera, quia quandoque intendimus, non electis adhuc mediis ad intentionem. ut patet in quotidiana experientia.

De quinto articulo nihil scribendum occurrat.

AD QUARTVM sic proceditur. Videtur, quod non sit vnus & idem motus, intentio finis, & uoluntas eius, quod est ad finem. Dicitur enim Augustinus in 10. de Tri. quod uoluntas uidendi fenestram, finem habet fenestrae uisionem: & altera est uoluntas per fenestram uidendi transeuntes, quod est ad finem, quod uelim uidere transeuntes per fenestram: hoc autem ad uoluntatem eius, quod est ad finem, quod uelim uidere fenestram, ergo alius est motus uoluntatis intentio finis, & alius uoluntas eius, quod est ad finem.

AD PRAT. Actus distinguuntur secundum obiecta: sed finis, & id quod est ad finem, sunt diuersa obiecta, ergo alius motus uoluntatis est intentio finis, & uoluntas eius, quod est ad finem.

AD PRAT. Voluntas eius, quod est ad finem, dicitur electio: sed non est idem electio, & intentio, ergo non est idem motus intentio finis, cum uoluntate eius, quod est ad finem.

SED CONTRA est, quod id quod est ad finem, se habet ad finem, ut medium ad terminum: sed idem motus est, qui per medium transit ad terminum in rebus naturalibus, ergo & in rebus uoluntariis idem motus est intentio finis, & uoluntas eius, quod est ad finem.

RESPON. Dicendum, quod motus uoluntatis in finem, & in id quod est ad finem, potest considerari dupliciter. Vno modo, secundum quod uoluntas in utroque fertur absolute, & secundum se: & sic sunt simpliciter duo motus uoluntatis in utroque. Alio modo potest considerari, secundum quod uoluntas fertur in id, quod est ad finem, propter finem: & sic vnus & idem subiecto motus uoluntatis est tendens ad finem, & in id, quod est ad finem. Cum enim dico, uolo medicinam propter sanitatem, non designo nisi unum motum uoluntatis: cuius ratio est, quia finis, ratio est uolendi ea, quae sunt ad finem. Idem autem actus cadit super obiectum, & super rationem obiecti: sicut eadem uisio est coloris, & luminis, ut supra dictum est. Et est simile de intellectu, quia si absolute principium & conclusionem consideret, diuersa est consideratio utriusque: in hoc autem quod conclusioni propter principia assentit, est vnus actus intellectus tantum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Augustinus loquitur de uisione fenestrae, & uisione transeuntem per fenestram, secundum quod uoluntas in utroque absolute fertur.

AD II. dicendum, quod finis, in quantum est res quaedam, est aliud uoluntatis obiectum, quam id, quod est ad finem: sed in quantum est ratio uolendi id, quod est ad finem, est vnus & idem obiectum.

AD III. dicendum, quod motus, qui est vnus subiecto, potest ratione differre secundum principium & finem, ut ascensio, & descensio: sicut dicitur in 3. Phy. Sic igitur in quantum motus uoluntatis fertur in id, quod est ad finem, prout ordinatur ad finem, est electio: motus autem uoluntatis, qui fertur in finem, secundum quod acquiritur per ea, quae sunt ad finem, uocatur intentio: cuius signum est, quod intentio finis esse potest, etiam nondum determinatis his, quae sunt ad finem, quorum est electio.

ARTICVLVS V.

Verum intentio conueniat brutis animalibus.

AD QUINTVM sic proceditur. Videtur, quod bruta animalia intendunt finem. Natura enim in his, quae cognitione carent, magis distat a rationali natura, quam natura sensitua, quae est in animalibus brutis: sed natura intendit finem etiam in his, quae cognitione carent, ut probatur in 2. Phy. ergo multo magis bruta animalia intendunt finem.

AD PRAT. Sicut intentio est finis, ita & fructio: sed fructio conuenit brutis animalibus, ut dictum est, ergo & intentio.

AD PRAT. Eius est intendere finem, cuius est agere propter finem, cum intendere nihil sit, nisi in aliud tendere: sed bruta animalia agunt propter finem, mouetur enim animal uel ad cibum querendum, uel ad aliquid huiusmodi, ergo bruta animalia intendunt finem.

SED CONTRA. Intentio finis importat ordinationem alicuius in finem, quod est rationis. Cum igitur bruta animalia non habeant rationem, uidetur quod non intendunt finem.

RESPON. Dicendum, quod sicut supra dictum est, intendere, est in aliud tendere, quod quidem est, & mouentis, & moti. Secundum quidem igitur, quod dicitur intentio-

\* q. 8. art. 3. ad 2.

\* tex. 11. te. mo 3.

1. 2. q. 110. art. 1. cor. & 2. d. 38. art. 3. cor. & ad 2.

\* lib. 2. tex. 77. & seq.

q. 11. art. 3.

\* arti. huius quest.

Supra q. 8. art. 3. Et 2. dicitur, quod electio est motus in finem, ut terminum aliorum, ita quod motus iste primo attingit terminum, & deinde terminabilia in ipsum: electio vero contra, primo attingit terminabilia, & deinde terminum. Et signum affertur in littera, quia quandoque intendimus, non electis adhuc mediis ad intentionem. ut patet in quotidiana experientia. De quinto articulo nihil scribendum occurrat.



intendere finē id, quod mouetur ad finem ab alio, sic natura dicitur intendere finem, quasi mota ad suum finem a Deo, sicut sagitta a sagitante. & hoc modo etiam bruta animalia intendunt finem, inquantum mouentur ab instinctu naturali ad aliqd. Alio modo, intendere finem est mouentis, prout. l. ordinat motum alicuius, uel sui, uel alterius in finē, quod est rationis tantum. vnde per hunc modum bruta non intendūt finem, quod est proprie & principaliter intendere, ut dictum est. \*

articul. 1.

AD PRIMVM ergo dicendum, qd ratio illa procedit, fm quod intendere est eius, quod mouetur ad finē. AD II. dicendum, qd fructio non importat ordinationem alicuius in aliquid, sicut intentio, sed absolutam quietem in fine. AD III. dicendum, qd bruta animalia mouentur ad finem, non quasi considerantia, quod per motū suum possint consequi finem, quod est proprie intendentis, sed quasi concupiscentia naturali instinctu, mouentur ad finem quasi ab alio mota, sicut & cætera, quæ mouentur naturaliter.

Super Questionem decimamtertiam.

QVAESTIO XIII.

De electione, qua est actus uoluntatis respectu eorum que sunt ad finem, i, sex articulos diuisa.

CIRCA questionis decimatercie ordinem, & actuum numeratorum, numerū, & ordinem, plura sunt dicenda, sed locis propriis referuanda. Nunc illud tantū dicendum est, quæ re prius de electione, quam de cōsilio tractandum sit, cum consilium precedat electionem.

AD hoc breuiter dicitur, quod licet absolute consilium sit prius electione, & eius causa, ac per hoc prius de cōsilio utpote causa, quam de electione tractandum videat: ordo tamen doctrinæ habet, quod prius de ipsa electione secundum se, & deinde de eius causa tractetur, & merito, ut prius tractetur quid est, & deinde causa extrinseca illius. Vnde in sequentibus prius author tractat de actibus, seu passionibus, & de rebus, & deinde de causis ei⁹.

CONSEQUENTER considerandum est de actibus uoluntatis, qui sunt in cōparatione ad ea, quæ sunt ad finem: & sunt tres, eligere, consentire, & uti: electionem autem præcedit consilium. Primò ergo considerandum est de electione. Secundò, de consilio. Tertio, de consensu. Quarto, de uti.

CIRCA electionem quaruntur sex.

Primò, Cuius potētia sit actus, utrum uoluntatis, uel rationis.

Secundò, Utrum electio conueniat brutis animalibus.

Tertio, Utrum electio sit solū eorum, quæ sunt ad finem, uel etiam quandoque finis.

Quartò, Utrum electio sit tantum eorum, quæ per nos aguntur.

Quintò, Utrum electio sit solū possibilem.

Sextò, Utrum homo ex necessitate eligat, uel libere.

ARTICVLVS PRIMVS.

Utrum electio, sit actus uoluntatis, uel rationis.

1. q. 83. artic. 3. cor. Et 2. dist. 24. q. 1. art. 2. Et uer. q. 22. artic. 15. Et 3. Ethic. le. 6. & cap. 1. lib. 6. le. 2. 3. s. ca. 3. tomo 5.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod electio non sit actus uoluntatis, sed rationis. Electio enim collationem quandam importat, qua unum alteri præfertur: sed conferre est rationis. ergo electio est rationis. ¶ 1. Præ. Eiusdem est syllogizare, & concludere: syllogizare autem in operabilibus est rationis. cū igitur electio sit quasi conclusio in operabilibus, ut dicitur in 7. Ethic. \* uidetur quod sit actus rationis.

¶ 1. Præ. Ignorantia non pertinet ad uoluntatē, sed ad vim cognitiuam: est autem quādā ignorantia electionis, ut dicitur in 3. Ethic. ¶ ergo uidetur qd electio non pertineat ad uoluntatem, sed ad rationem.

c. 1. tom. 5.

SED CONTRA est, quod Philosophus dicit in 3. Ethic. \* qd electio est desiderium eorum, quæ sunt in nobis: desiderium autem est actus uolūtatis. ergo & electio.

Cap. 3. prop. finem to. 5.

RESPON. Dicendum, qd in nomine electionis importatur aliquid pertinens ad rationē, siue ad intellectum: & aliquid pertinens ad uoluntatem. Dicit. n. Philosophus in 6. Ethic. \* qd electio est appetitiuus intellectus, uel appetitus intellectiuis. Quocunque autem duo concurrunt ad aliquid unum constituendum, unum eorum est, ut formale respectu alterius. Vnde Greg. Nic. ¶ dicit, qd electio, neque est appetitus fm seipsam, neque consilium solum: sed ex his aliquod compositum. Sicut enim dicimus animal ex anima & corpore compositum esse, neque uero corpus esse fm seipsam, neque animā solā, sed utrumque, ira & electionem. Est autem considerandum in actibus animæ, qd actus, qui est essentialiter unius potētia, uel habitus, recipit formā, & speciē a superiori potētia, uel habitu, fm quod ordinatur inferiori a superiori. Si n. aliquis actum fortitudinis exerceat pp Dei amorem, actus quidem ille materialiter est fortitudinis, formaliter uero charitatis. Manifestum est autem, qd ratio d quodammodo uoluntatē præcedit, & ordinat actum eius, in quantum. ¶ uoluntas in suum obiectum tendit fm ordinem rationis, eo, qd vis apprehensiuæ appetitiuæ suum obiectum repræsentat. Sic igitur ille actus, quod uoluntas tendit in aliquid, quod proponitur ut bonum, ex eo, qd per rationem est ordinatum ad finem, materialiter quidem est uoluntatis, formaliter autem rationis. In huiusmodi autem substantia actus materialiter se habet ad ordinem, qui imponitur a superiori potētia: & ideo electio substantialiter non est actus rationis, sed uoluntatis. Perficitur enim electio in motu quodam animæ ad bonum, quod eligitur: unde manifeste actus est appetitiuæ potētia.

Lib. 6. Ethic. tom. 5.

Lib. 5. cap. 4.

Cap. 3. artic. 1. p. 1.

D. 771.

D. 541.

AD PRIMVM ergo dicendum, qd electio importat collationem quandam præcedentem, non quod essentialiter sit ipsa collatio. AD II. Dicendum, quod conclusio syllogismi, quæ fit in operabilibus, ad rationem pertinet, & dicitur sententia, uel iudicium, quam sequitur electio: & ob hoc ipsa conclusio pertinere uidetur ad electionem, tanquam ad consequens. AD III. Dicendum, qd ignorantia dicitur esse electionis: non quod ipsa electio sit scientia, sed quia ignoratur quid sit eligendum.

ARTICVLVS II.

Utrum electio conueniat brutis animalibus.

Super Questionem decimatercie Articuli secundum.

AD SECVDVM sic proceditur. Videtur, qd electio brutis animalibus conueniat. Electio. n. est appetitus aliquorum pp finē, ut dicitur in 3. Ethic. \* sed bruta animalia appetunt aliquid propter finem: agunt enim propter finem, & ex appetitu. ergo in brutis animalibus est electio. ¶ 2. Præ. Ipsum nomen electionis significare uidetur, qd aliquid præ aliis accipiat: sed bruta anima-

CIRCA rationem, omisso primo articulo, positam in secundo articulo dubium occurrit de illius efficacia. Fundatur enim ratio super differentia inter appetitum intellectiuum, & sensitiuum in hoc, quod appetitus sensitiuus naturaliter est determinatus ad unum particulare. Intellectiuis uero ad bonum in cōmuni.

2. dist. 2. art. 1. ad 6. & 7. Metaph. le. 15. 16.

Cap. 3. artic. finem to. 5.